



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Virtvtvm Adeptione, Siue De Instrvmentis  
Assequendæ Virtvtis libellus R. P. Iacobi Alvarez De Paz  
Toletani è Societate Iesv**

**Álvarez de Paz, Jacobo**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

§. 9. De simplicitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46634](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46634)



pi voto muta decretum.

Postulatio veritatis: Domine Iesu  
Christe, qui veritas es; nam Ioannes  
Apostolus tuus ait: *Spiritus est, qui te- 1 Io. 5. 6.*  
*stificatur, quoniam Christus est veritas.*  
cuiusque pulchritudo in omni veri-  
tate creata, tanquam in imagine, lu-  
cet: fac nos per misericordiam tuam  
omnis mendacij hostes & veritatis  
amatorem, ut eam debito tempore &  
modo proferentes, in ipsa te, in-  
creatam veritatem quæramus. A-  
men.

*De simplicitate. S. IX.*

**S**implicitas est virtus, qua quis hypo-  
crisim, duplicitatem, & multiplici-  
tatem vitat: seu qua exterius ealem se  
verbis & factis exhibet, qualis internus  
est, & qua ab omni astutia, & dolo, &  
fraude, & non necessaria actionum mul-  
titudine, alienus est. Bernardus sic de-  
scribit simplicitatem: Est perfectè ad  
Deum conversa voluntas unam petens à  
Domino, hæc requirens, non ambiens mul-  
tiplicari in seculo: vel est in conversa-  
tione vera humilitas, sc. virtutis magis

Ber. in ep.  
ad frat.  
de mon.  
ei.



conscientiam amplectens, quàm famā,  
cū nō refugit vir simplex videri stultus  
in saculo, cū sit sapiens in Deo.

Incitamenta ad simplicitatē sunt:

I. Ad vitæ simplicitatē inducit, quod  
qui alij quàm sint, se esse simulant, &  
cū sint mali aut imperfecti, boni  
& perfecti per hypocrisim videri  
volunt, in nouissimo die magnam sustinebunt erubescētiā, & apud omnes homines & Angelos, de stulta simulatione, & detestabili superbia, & hypocrisi, qua alios decipere curabant, arguentur. Ad quod optime

*Bas. ad c. 1* inquit *Basiliius*: Qui externa quadam  
*Isaie.* simulatione, & per fucum gloriam accupabantur ab hominibus, post occultorum manifestationem, cum fuerint omnia nuda & aperta, nec iam vlla in obscuro delituerit creatura, præbebunt tunc tales deformissimū spectaculū, euanescente, qua nunc circa eos versatur, fallaci impostura, ita vt per se merito comparentur quercui. Hæc ille. Dicuntur autem similes quercui, quia hæc arbor detractis folijs præ cæteris deformissima apparet.

II. Ad



II. Ad simplicitatem operum inducit, quòd duplex opere, qui scilicet vult bonis simul & malis operib. vacare, Deo est abominabilis. E contra verò simplex, id est, qui bona solū opera sectatur, adeò Deo charus est, vt illum non in quamcunque amicitiam, sed planè in intimam familiaritatē admittat. Quod perspicuè fatetur Salomon in Prouerbijs dicens:

*Quia abominatio Domini omnis illu-  
sor, & cum simplicibus sermocinatio  
eius.* Quem locum interpretans Gre-  
gorius, inquit: *Cum simplicib sermo-  
cinari dicitur, quia de supernis myste-  
rijs, illorum mentes radio sue visitatio-  
nis illuminat, quos nulla vmbra dupli-  
citatatis obscurat.*

Pro. 3. 32.

Greg. 3.

Past. ad-

mon. 12.

III. Ad simplicitatem intentio-  
num mouet, quòd Dominus vult ser-  
uos suos paucis id est, necessarijs, oc-  
cupari, & in illis vnum tantum, id  
est, suam gloriam intendere. Quare  
Martham erga multa occupatam re-  
prehendit, dicens: *Martha, Martha, Luc. 10.  
solicita es, & turbaris erga plurima, 41. 42.  
porrò vnū est necessariū.* Hoc vnū que-



rendum est, quia est summum bonū, in quo continentur omnia bona æterna & immensa. Ad hoc autem bonum inueniendū, non est necessariū per multa, id est, per inutilia, vagari, sed tantū vtilib. seu necessarijs intendere.

Actiones simplicitatis sunt: I. Quales omnes sumus, tales nos verbis & factis exhibere, nec sanctitatem aut perfectionem, quam non habemus, effingere.

II. Spirituali magistro omnia interiora, tum bona, tum mala, sine vilo furo, vt dirigamur, aperire.

III. Si de rebus spiritualibus, quas nondum experti sumus, loquendum sit, syncerè, (ne supra quàm sumus, habeamur,) nostrum defectum, & nullam aut modicam experientiam fateri.

IV. Boni tantū operibus vacare, nec mala illis admiscere: nullius facta pervertere, nullius bona deprauare, nullius dona diminuere, neminem lædere, & omnib. velle proficere.

V. De



V. De Domino ac de seruis eius in bonitate sentire, & sicut exteriùs bona omnibus cupere profiteamur ; ita bona illis interius desiderare & concupiscere.

VI. Operum inutilium multiplicitem vitare, & bona opera in vnâ simplicem placendi Deo intentionem colligere.

Postulatio simplicitatis: Domine Iesu Christe simplicium, & humilium amator, qui dixisti: *Sinite paruulos*, id est, simplices & puros more infantium, *venire ad me* <sup>Matt 19.</sup> ~~talium est enim ve-~~ <sup>14.</sup>

*gnum cœlorum* : fac nos per bonitatem tuam prudentia senes, & simplicitate & vitæ munditia paruulos, vt regnum tuum in cœlis positum, quod solos incoinquinos recipit libenter excipiat. Amen.

De Amicitia §. X.

**A**micitia est mutua duorum beneuolentia, in virtute fundata, & bonorum communicationi cõiuncta. Vel, vt Bernardus ait : *Vera amicitia est,* <sup>Ber. ser. 3.</sup> *qua nihil ex rebus amici querit, nisi so-* <sup>ad Soror.</sup>